

2

INCIPIT. LIBER PRIMUS

Officiorum seu Statutorum, Et in primis De Magnifico Domino Capitaneo & eius Iuramento

STATUTUM, & ordinatum est, q. Magnificus Dominus Capitaneus Electus per Regiam Maiestatem, Regis Hungariae Boemiae & Infantis Hyspaniae &c. ac Serenissimi Principis D. Ferdinandi Archiducis Austriae &c. Domini nostri gratiosissimi Ad Regimen terre Fluminis intrare debeat ad eius officium. Et honore fue acceptari per officiales & homines dicte Terre Fluminis Et in Ipso introitu ad laudem & reuerentiam omnipotentis Dei & eius gloriosissime matris Virginis Mariae, & Venerabilium sanctorum & martyrum Viti Modesti & Crescentiae debeat Ecclesiam sancte Mariae Visitare. Deinde Ecclesiam sancti Viti patroni dicte Terre. Et in ecclesia predicta sancti Viti populo astante, Iurare debeat in manibus D. Iudicum & Consiliariorum Terre Fluminis totam Vniuersitatem representantium q. pro posse suo, pro Vt promisit, praefatae Regiae Maiestatis manutenebit & Conseruabit nomine dicte Regiae Maiestatis & ipsius Sacrae Regiae Maiestatis principis, omnia Statuta & ordinamenta & Iura & Iurisdictiones gratias priuilegia & honores dicti Comitatus & augebit, Et iustitiam Vnicuique administrabit, absque exceptione personarum Iniuriam nemini faciendo nec impediendo Dicariorum. Vt vero Iudicem ac Iudices Terre quando faciunt instantiam, Tunc fouebit pro posse & Sententias pro eos latas non retractabit nec impedire nisi secundum quod Statutorum forma exigit & [illegible] Item q. Iuribus Ecclesiarum & Monasteriorum & Dominorum & ecclesiasticarum personarum [illegible] & orphanorum & aliarum miserabilium personarum fouebit nemo debite opprimantur & omnia facta & obseruabit Iuxta eius Commissionem & suam sor[illegible] Iura & Statutorum predictorum [illegible]

18. Testo del giuramento del « magnifico signor capitano ». (Vedi Note a pag. 120).
(pag. 58)